

ad gloriam que sequetur. cum defusio fuerit apud paucos humiles  
terricolas temporaliter tñ. et gloria sit apud deuz. atq; apud infini  
tos celicolas eternaliter durata

**Explicit quintus liber de solatōe theologie. Incipit liber sextus**  
continens solationū remedia oportuna contra turbatiua que oppo  
nunt pentele magne et clare. ac generis nobilitati. Capitulum per  
mū dicens solatōs sup carentia magne pentele.

**S**exto principaliter octo tristibus supradicte domine  
solatrici principali appropinquantibus et ei astanti  
bus. vnus ex eis ante ceteros sic eam alloquitur. **O** do  
mina venerabilis turboz valde de pentele mee dimi  
nutione et carentia magne. et peto vestra sup hoc be  
nignam solationem. cui illa mox p solatione sibi impendenda  
de suis puellis duas adiunxit.

### III. CONSIDERATIO.

**P**rima itaq; puella ad tristes sic ait. Parentela habere magnas  
desideras. et malū tuū desideras. Nisi em̄ ad omne placitum cu  
iulus eoz fueris. apud ipsos speret et contemptus eris. Si autem ad  
eoz beneplacitū te forsitan exhibueris. cum de licitis et honestis  
homines seculi non desueuerint contemari. mala plurima spūalia et  
corporalia euadere non poteris. Rursum si caput fueris pentele.  
quanto ex maiori psonaz numero illa distiterit. tanto maior cura  
te manet. *malorum* instantia. et maior vexatio te grauabit. Deniq;  
ipsi qui sunt ad caudam boni scz et mali. leprosam caudam distituunt  
te vel opinione sequentem. et honori tuo multipliciter derogantes  
Porro si tu nō caput. sed vnus de cauda fueris maculosa nisi mul  
titudini que mente defusa est desentias. miser eris. et tanq; nō sis pa  
rentatus ab omnibus derelictus. Quid ergo lucrī. quid modi vel so  
lacij attulit tibi pentele magnitudo. nisi forte ignominiam. qñ vel  
vitijs claritudinem tuam et suam maculabunt. vel paupertate si incō  
stans fortuna eos deseruerit. gloriam tuā et genū humiliabūt. De  
niq; si tu bene perspexeris ob modicaz parentela pauciora incōmoda  
sustinebis. q̄ si totaz urbem replere vel etiam patriam viderentur

### III. CONSIDERATIO.

**S**ecunda puella ad tristem sic ait. Scias amice cuius magna est  
parentela. requirit q̄ etiam sic magna eius expensa. que multo  
ciens fieri non potest sine graui dei offensa. Si abundat. est qui pe  
tat subsidium. quod impendere nō est licitum. Est mimus. est hystrio.  
est goliardus. est et multiplex hūmōi genū hominum petentius et ex  
torquentium vestes. pecunias. equos. et nisi qd̄ petitur paratus sit  
dare. rubor ei verbis ipsorum inducitur. in presentia impingitur. in  
absentia sibi detrahitur et infamatur. et nō est qui se abscondat a mali  
cia eoz. S; et hic appinquoꝝ iuuari petit ad hasuludiū exercēduz

illegitimum ad torneamentum. alio ad iniustum bellum. nonnulli etiam ad  
multiplex vanum exercitium et illicitum. et constat quod omne malum  
sic per tales perpetratum redundat in ipsum. redduntque eius non sol-  
uendo multociens et impotentem ad restituendum in suum eternum  
periculum. **S**i vero sit minus abundans. et forte paupertate de-  
pressus: quanto maioris et clarioris parentele fuerit. tanto maiorem  
etiam a suis sustinebit contemptum. Verecundantur eum recognoscere  
agnatum. verecundatur et ipse hoc coram extraneis asserere. timens se  
ob hoc spurium reputari. nec minus verecundatur labore mechanico  
miserum acquirere victum. Dicere habet fodere non valeo. mendica-  
re erubescit: sed et nulli ausus manifestare quam patitur penuriam. ipse  
cum plebe sua. et uxore domi degens et egens. ac miserabilem vitam  
ducens. sepe maiorem quam hostiatum mendicantes defectum sustinet ne-  
cessariorum. propter quod secundum quoddam puerbum iter vitas miserabiles. vi-  
ta pauperis nobilis miserabilior reputatur. Tu ergo amice. de magna  
domo et alta esse non appetas. sed de humili sis contentus.

**Capitulum secundum continens consolationes super carentia libero-  
rum. et specialiter heredis masculi.**

**S**ecundo post premissa ad dominam consolatricem princi-  
palem accessit et alio tristis de libero-  
rum carentia totum  
perturbatus. querens si quomodo posset apud eam conso-  
lationem reperire. Et illa eidem loco sui huius rei gra-  
tia de suis puellis quatuor gnatas ad consolandum  
assignavit.

**I. CONSIDERATIO.**

**P**rima puella sic ait. Si liberos desideres. uxores habere neces-  
se est. Sed quod sapienti uxorem ducere non expediat. hoc sodales  
mee inferius te docebunt. Quod vero nec virgini. nec alias libere mari-  
tum accipere conveniat. nec viro uxorem pari pacto. ad hoc facere vi-  
detur periculum continue discordie siue displicentie. cum perarrum sit quod  
alter coniugum per omnia facta et verba conditionesque personales de al-  
tero sit contentus. Hic forte adulter est. vel illa adultera. Hic forte  
fatuus est. vel illa stolta. Hic forte turpis est. vel illa fetida. Hic  
forte impotens est. et illa lubrica. Hic forte parca est. sed ille lu-  
sus vel effusus est. Hic forte iracundus est. sed illa nimis timida.  
Ipsa forte verbera vel gladium. sed ille timet venenum. Hic et con-  
similia infinita considerando quomodo possit per omnia altera pars hu-  
ius copule de altera contentari. Et si grata sint quedam in alteru-  
tro. aliorum tamen mixtura plerumque illa confundet.

**II. CONSIDERATIO.**

**S**ecunda puella sic ait. O amice si liberis cares non multum do-  
leas. Quis scit quales essent quos haberes. Nam vix possit esse  
quin vel in eis. vel eorum in uxoribus. vel maritis. vel in filiis filiorum. aut  
filiabus defectum aliquem repires te medullitus contristare. Melius ergo  
videtur esse cordi tuo ut liber sis a liberis. ne liberi te diversis modis  
occupantes. a te tollant animi libertatem.

### III. CONSIDERATIO.

**T**ercia puella sic ait. Dic mihi q̄so quo fine liberos desideras. Aut forte ut nomen tuum nō intereat. vel ut habeas p̄sidia se-  
nectutis. vel ut certis utaris heredib⁹. S; hoc habere in intentio-  
ne stolidissimum est. Audi quendam theofrastum qui hoc esse stoli-  
dissimum plane affirmat. ac sic p̄bat. Primo inquit quid ad nos p̄-  
tinet recedentes e mundo si nomine nostro ali⁹ nō vocetur. cum in-  
numerabiles sint qui eodē nomine appellantur. Secundo que sint  
senectutis auxilia nutrire illum dñm. illum qui aut prior te forte  
morietur. aut peruersissimis moribus sit. aut certe cum ad maturaz  
etatem venerit. tarde ei mori videaris. hec theofrastus. cuius di-  
cta etiā militant contra motiuū terciū de certis heredib⁹ p̄ matris-  
moniuū acquirendis. quib⁹ scz dictis annecto casum quē refert Bo-  
etiana solatrix. Honestissima quidez inquit diugis foret liberorū  
q; iocunditas. sed nimis e natura dictum est. nescio quem filios i-  
uenisse tortores. quorū q̄ sit mordax quecunq; additio. neq; alias ex-  
pertum te. neq; nunc anxium necesse est ammouere. In quo euripi-  
dis mei sententiam. p̄bo qui carentem liberis infortunio dixit esse  
felicem.

### III. CONSIDERATIO.

**Q**uarta puella contra desiderium specialiter heredis masculi sic  
ait. Tu qui heredem masculum habere desideras. Einge tibi  
finem. aut dic quare. Si sis vnus de cōmunib⁹. non apparet q̄re.  
cuz absq; tali herede liberi⁹ possis domui tue disponere ante mor-  
tem. si vero sis de nobilium numero et magnoz. quid anime tue  
valere poterit talis heredis successio. nisi cōmuniter augmentum  
purgatorij ignis aut gehenne cum in te redundet abusus heredi-  
tatis. quez siue in torneamentis. siue in hastiludijs. siue alijs in acti-  
bus militarib⁹. ac in festiuitatib⁹ et sumptib⁹ inordinatis pecca-  
ta plurima implicantib⁹ p̄sumere haberes anime sue. et tue noci-  
turum. quem hoc respectu heredem poti⁹ optare haberes bufonē  
esse q̄ hominē si salutis tue memoz esses.

**Capitulum tertium dicens cōsolationes sup carentia fratrum  
agnatorū. vel cōsanguineorū.**

**T**ercio post p̄missa ad sepeditam dominam solatri-  
cem accessit et ali⁹ tristis de fratrum agnatorū. seu cō-  
sanguineorū carentia tristitiam habens non modicā.  
et desiderans solari. Et illa eidem in hoc casu satis  
opatiens. de puellis quas secū habebat ad solandū  
pdoneas duas assignauit.

### III. CONSIDERATIO.

**P**rima puella ad p̄dictū tristē sic ait. Si de carētia fr̄m doles. p̄  
cōsanguineorū sic ē q̄ hitos diligeres. p̄ n̄ diliges. si ip̄os n̄ dili-  
geres. ut qd tūc eos h̄re velles. Si vō ip̄os diligeres. reip̄z i regno  
plimū impedires. q̄ppe s̄uire dō r̄gnare ē. S; qd. p̄fctō q̄ dō p̄fctē s;,  
uire desiderat. necesse ē ut carnalē cōsanguineorū affectōz postponat

Audi magnum illum antistitem ambrosium. Cui inquit portio deus est. nihil debet curare nisi deum. ne alterius impediatur necessitatis munere. quod em̄ ad alia officia deferretur. hoc religionis cultui decerpitur. Nec em̄ vera est sacerdotis fuga abdicatio domesticorum. et quedam alienatio karissimorum. ut suis se abneget. qui seruire deo gestit vel eligit. hec ille magnus.

#### II. CONSIDERATIO.

**S**ecunda puella sic ait. O amice fratres vel consanguineos habere desideras. Cura de spiritualibus de qualibus in patrum libro dicitur. Sunt ornati moribus et caritatis vinculis velut quadam germanitate constricti. hec ibi. et nonne bene. Nonne magis quam carnalis vera est illa fraternitas vel cognatio. quam non sanguinis vicinitas. sed morum conformitas. et animorum unitas in christi caritate solet operari. Ad quem sensum venerabilis pater jeronimus loquens Vera inquit illa necessitudo est. et christi glutino copulata. quae non utilitas rei familiaris. non praesentia tantum corporum. non subdola et palpans adulatio. sed dei timor. et diuinarum scripturarum studia acilant. h̄ ille. Denique non carnalis fraternitas siue consanguinitas heredes regni constituit. sed quorum est pulchra et casta generatio cum caritate. horum fraternitas seu cognatio tanquam filiorum dei patris heredes dei constituit. coheredes autem christi. Si igitur qui ad eandem hereditatem pertinent. in hijs verior attenditur fraternitas seu cognatio quam sic illorum qui ad illam secundum se hereditatem non audent aspirare. Restat quod de carnali minime est curandum. sed de spirituali illorum quibus est in hereditate salutis eternaliter degaudendum. Ceterum de hac materia infra per neptes meas poteris aliqua hijs conformia reperire.

Capitulum quartum de inens consolationes super defectu natalium.

**Q**uarto post praemissa ad sepe dictam dominam consolatrice accessit et alius tristis propter defectum natalium turbatus. querens aliquem super hoc consolationem. cui illa operans mox ei huius rei gratia quatuor de suis puellis ad consolandum idoneas assignauit.

#### I. CONSIDERATIO.

**P**rima puella sic ait. O karissime si scripturas nouisses. de defectu natalium non sic erubesceres. Videtur enim ex scripturis quod similes tibi fuerint plurimi in statibus excellentissimis constituti. tanto enim de patriarchis. archiepiscopis. episcopis. et alijs inferioribus praelatis. quam plures summi pontifices tibi fuerunt similes. quippe de decretorum libro ex verbis damasci papae scribentis Ieronimo presbitero sic habetur. Orosius papa filius fuit stephani subdiaconi. Bonifacius papa filius iocundi presbiteri. felix papa filius felici presbiteri. Agapitus papa filius gordiani presbiteri. Theodorus papa filius theodozi presbiteri de ciuitate ierosolima. Siluerius papa filius siluerij epi

Rome deus dedit papa. filius iocundi presbiteri. Felix enim tercius natione romanus ex patre felici presbitero fuit. Item Gelasius papa natione affter. ex patre valerio episcopo natus est. Item agapitus natione romanus. ex patre gordiano presbitero originem duxit. quod plures etiam alij inueniuntur qui de sacerdotibus nati apostolice sedi presuerunt. hec papa Damascus. Sed excellentissimus ille monarcha alexander magnus spurius fuit. ex olimpiade matre. et nectanabo rege egypti patre natus. quous philippi regis macedonum mariti predictae olimpiadis filius fuerit putatus.

### ¶ II. CONSIDERATIO.

Secunda puella sic ait tristi. Quid curas si tu honestus sis. qualis bet parentibus natus sis. Audi verba magni patris augustini in venerabili decretoz volumine recitata. Unde cum inquit homines nascantur. si parentum vitia non sectantur. honesti et salui erunt. Semen enim hominis ex qualicumque homine. dei creatura est. et eo male utentibus male erit. non ipsum aliquando malum erit. Audi rursus ad idem et iohannem os aureum. Nunquam inquit de vitijs erubescamus parentum. sed vnum illud queramus. semp amplectamur matrem. etiam si fornicatione pollutam. vel quodlibet huiusmodi dedecore sordidatam. nihil tamen de eius aut vilitate fuscabitur. aut crimine polluetur. Quod si fornicator est. ipsius ad meliora conuersum nequaquam apud deum prior vita maculat. multo magis ex meretrice natus et adultera. si virtute propria decoratur. parentum suorum non dedecoratur obprobrijs. hec ille.

### ¶ III. CONSIDERATIO.

Tercia puella sic ait. consulo tibi homo quod ad patrem attendas principalem qui fecit et creauit te. Vti quod non minus quam legitimum filium principis. Audi illustrem ieronimum. Nasci inquit de adulterio non est culpa qui nascitur. sed illius qui generat. Quomodo in seminibus non peccat terra que confouet non semen quod in sulcis iacitur. non humor vel calor quibus temperata frumenta in germen pullulant. sed verbigratia fur vel latro qui fraude et vi eripit semina. sic genus humanum recipit terra. id est vulua quod suum est. et receptum confouet. et confortum corporat. et corporatum in membra distinguit. et inter illas sacri ventris angustias. sacra dei manus semper operatur. Idemque corporis creator et anime. Noli despiciere bonitatem figuli qui te plasmavit et fecit ut voluit. ipse est virtus dei. et dei sapientia.

### ¶ IIII. CONSIDERATIO.

Quarta puella sic ait. Tu quod de parentum propagatone erubescis. ex ipsius saluatoris aliqui similitudine consolari poteris. Audi venerabilem ieronimum presbiterum libro decretoz. iductum. Dominus inquit noster ihesus christus voluit non solum de alienigenis. sed etiam de adulterinis amixtionibus nasci. nobis magnam fiduciam prestans. ut quicumque modo. tamen ut eius vestigia

imitemur ab ipsius corpore non separemur . cuius per fidem membra effecti sumus . Iudas em̄ patriarcha concubuit cum thamar nuru sua . et ex illo coitu nati sunt zaram et phares . inde postea salmō qui fuit dux in deserto . inde obeth . inde quoq; bcoz . Inde postea ysai qui fuit pater dauid . ex illa autem p̄genie origo ducitur xp̄i hec hieronim⁹ .

**C**apitulum quintum continens consolationes persone turbate maxime diuitis super ignobilitate seu carentia nobilitatis .

**Q**uinto post premissa ad illustrem dominam consolatri-  
cem accessit et alius tristis super ignobilitate seu nobilitatis carentia . querens ab ea recipere cōsolationē . cui illa mox huius rei gratia octo de suis puellis p̄ consolatione duxit assignandas .

**I. CONSIDERATIO.**

**P**rima puella sic ait . O homo cur de ignobilitate generis turbaris . cum si velis prestantiorem nobilitatem consequi possis . Que nam inquires est illa . Profecto illa est que nō ex diuitijs temporalibus . sed ex thesauris oritur spiritualibus . Audi illum **Cass.** Si inquit inueterate et per genus ducte diuitie nobilem faciunt . multo magis prestantior est nobilitas . cuius origo thesauris pendente locuples inuenitur . **H. ille .** Datet igitur huius viri perpulcro dicto . q̄ ignobilitas generis recōpensari potest multo quidez excellentiori . Sed q̄ etiam occasio sit excellentiori nobilitate obtinenda conatum habendi hoc pacto patet . Siquidē ubi nobilis genere de sua contētatur nobilitate . ibi sepius genere ignobilis conatur se in recompensam virtutibus nobilitare . Audi patre clareuallis . Nescio inquit quo pacto virtus ignobili placet . An forte plus claret siquidem ignobilis cū caret gloria . nō facile liquet vtrumq; nolit . aut quia non possit habere . laudo factam de necessitate virtutem . sed plus illam quam elegit libertas . nō quā inducit necessitas . **hec ille pater .** Verū licet pl⁹ illa ut dicit laudanda sit virtus quam elegit libertas . tamen etiam illa nobilitas morum seu virtutum quā ratione ignobilioris generis inducit necessitas magis facit hominem notum seu famosum . q̄ sola dignitas generis . Hinc etenim in decretoꝝ venerabili volumine sic dictuz videtur . Nos qui possumus non ex locorum vel generis dignitate . sed morum nobilitate innotescere deberem⁹ .

**II. CONSIDERATIO.**

**S**ecunda puella sic ait . O karissime quid de ea multū curas . quā de⁹ parum curat generis nobilitate . Vis scire q̄ parum deus illam curet . Audi venerabilem **jeronimum .** Sola inquit apud deum libertas est non seruire peccatis . summa apud deum nobilitas est . clarum esse virtutibus . **hec ille .** Nec videtur q̄ tantum summa . s; etiam q̄ apud eum sit sola . quemadmoduz et nō seruire peccatis

dicit solam apud deum esse libertatez. Et nonne satis johannes or  
aureum hys dcozdat. Ille inquit clarus. ille sublimis. ille nobilis.  
ille tunc integram nobilitatem suam putet. si dedignetur seruire  
vitijs. et ab eis superari. hec ille. et ecce dicit integram putet suaz  
nobilitatem. Quod em parum distat. nihil distare videtur. ergo no  
bilem esse genere. supponit parum esse. atqz ideo de ei9 carentia no  
curandum esse.

### III. CONSIDERATIO.

**T**ercia puella sic ait. Noli amice iudicio errare. stude potius te  
deo cōformare. apud quem quis sit potior venerabilis jeroni  
mus manifestat. Ille inquit apud deuz pzeest potior. non quem no  
bilitas generis. nec dignitas seculi. sed quem deuotio fidei. et san  
cta vita cōmendat. hec jeronimus. Sed ut quid nobilitatis carentia  
seu contristat ignobilitas. nisi q quis eo qd est ipse potior esse vel  
let. Sed quid. Nunquit bene. Dico certo minime. Audi ad hoc iti  
dem jeronimum venerabilem. Nulli inquit te vnq de generis no  
bilitate pzeponas. nec obscuriores quoslibet et humili loco natos  
te inferiores putes. nescit religio nostra psonas nec additiones ho  
minum. sed animas inspicit. hec ille. igitur saltez apud religiosas  
mentes inter nobiles genere et ignobiles non est differentia. que  
si forte apud non religiosas fuerit. non est cura.

### III. CONSIDERATIO.

**Q**uarta puella sic ait. Cur homo dquereris de carentia nobilit  
tatis carnalis. Estimo q non faceres. si quale et vitium est an  
nerum attenderes. Vis scire quale. Audi insignem jeronimū. Oie  
rumqz inquit nobilitas carnis. ignobilitatem parit mentis. Huic  
concordat vel cum moderamine egregi9 pater gregori9. Nonnul  
lis inquit solet nobilitas generis parere ignobilitatem mentis. ut  
minus se in hoc despiciant. qui plus se ceteris aliquid fuisse memi  
nerunt. hec gregori9. Vide igitur quid velis e duobus eligere. scz  
vel mentis nobilitatem. vel carnis. que si sola est. facit mentem se  
aliquid fuisse meminentis. et ob hoc no se. sed alios despicientis  
ignobilem fieri. ut hic egregi9 pater innuit. et certe bene. Nimir  
alios pzeferam dei amicos etiam si ignobiles sint despiciēs seu sp  
nens ipsum deum spernit seu contemnit. Dicente domino. qui vos  
spernit me spernit. Sed quid de illo. Certe deum spernentes seu cō  
temnentes fiunt ignobiles. Audi ipsam deum loquentem. Qui in  
quit contemnunt me erunt ignobiles. ita ait. Nec mirum. Nam et  
cham pater chanaan per contemptuz patris sui noe cuius vino in  
ebriati verenda nudata fratribus suis nunciauit. Hoc ad ignobi  
litem suā meruit. q noe pater eius a vino euigilans ait. maledi  
ctus chanaan puer. seruus seruozum erit fratribus suis scilicet. gē  
et japhet qui ppter hanc virtutem q tunc pallio verenda patris  
operuerunt. facti sunt igitur dicto fratre suo potiores. que exinde

seruam habere meruerunt. **S**ane dictus dei verbum qui dēpnū  
me erūt ignobiles. necesse est intelligere saltē d ignobilitate mētis.  
**S**i vis igitur vnum eligere e duob⁹ predictis: pensa quid melius.  
**S**iquidem haberes nobilitatem carnis. esset in periculo nobilitas  
mentis. que admodū ptz ex pmissis. **S**tude igit⁹ vt eā q sine piculo  
dsequaris tanq̄ prestantiozem. magisqz appetendam nobilitatē mē  
tis. **N**on melius est nobilem habere hominem interiozem? q̄ ex  
teriozem? seu nobilem habere mentem q̄ carnem. **P**rofecto melius  
est q̄ carnem mentem habere nobilem. quippe secundum mentem  
homo est factus ad dei ymaginem. **E**st et mens superior pars ani  
me et caput ei⁹. **S**ed reuera vnum e duob⁹ eligendo: dignius qui  
dem malles caput habere nobile. q̄ pedicam nobilem. **N**am et in  
signū prestantiozis nobilitatis solēt homines inter membra caput  
magis preciosis gemmis auro quoqz et nobilib⁹ rebus alijs q̄ pe  
des suos perornare. **V**ix est em̄ rex aliquis vel regina. qui vel que  
non pro pedib⁹ de ornatu nigri corij contentetur

**V. CONSIDERATIO.**

**Q**uinta puella sic ait. **C**ur d generis turbaris ignobilitate? que  
quidem te ne gloriofus efficiaris minime valet impedire. **V**is  
hoc scire. **A**udi **iohannem os aureum pulcris hoc exemplis. ac per  
contrarium declarantem. Patrem inquit habemus abraham. quid  
pdest ei quem sordidat mozes clara generat o? Aut quid nocet illi  
generatio vilis? quem mozes adornant. Ipse enim vacuum se ab oi  
bus bonis actibus ostendit qui gloriatur in patribus. hec iohan  
nes predict⁹. Qui rursus sic dicit. Quid nocuit abrahe q̄ habuit  
patrem tharam luteorum deorum cultorez? Nonne separatus a ge  
nere suo? posit⁹ est i caput fidelium. vt iam non diceretur fili⁹ pec  
catorum. sed pater sanctorum? Non potuerunt eius gloriā sordida  
re patrum errores. Stagnum de argento egreditur. sed non est ar  
gentum. Itaqz argentum colatum seruatur. stagnum autem foris  
expellitur. Melius est de contemptibili genere clarum fieri. q̄ de  
claro genere contemptibilem nasci. qui enim de claro clar⁹ nascit⁹:  
gloria claritudinis eius non est eius solius. sed communis videt⁹.  
Qui aut de contemptibili genere clar⁹ egreditur. tota gloria cla  
ritudinis eius solius est: qui vero de contemptibili genere dēpti  
bilis nascitur. turpitudine dēptibilitatis solius ei⁹ non est. s; etiā  
et generis. qui aut d claro genere dēptibilis nascitur. omnis tur  
pitudine illi⁹ est ei⁹ soli⁹. **I**deo meli⁹ est vt in te glorientur paren  
tes q̄ tu in parentib⁹. hec ille. cuius dictis adijcio q̄ multo meli⁹  
est nobilem esse. seu perfectum in persona appria. siue per conditiōs  
personales et quasi essentielles. quaz p contractas aparentibus cō  
ditiones extrinsecas et quasi accidentales. **Quinta consideratio.****

**S**exta puella sic ait. **C**ur appetis karissime nobilitatem generis  
per quam nichil dsequeris apprie nobilitatis. siue claritudinis



89  
bene autem inde maiorem turpitudinem consequi poteris. Sane ut  
hec aduertas: queso dic mihi quid est nobilitas: nisi aliena claritu-  
do. Nimirum nobilitas laus est parentum. que quidem laus si ve-  
ritati non innititur: vana atque turpis est. Sin autem ex meritis pa-  
trum proueniat: ipsorum quidem non tua est. tibi igitur splendoris  
quid confert claritudo talis aliena: propriam non habentis. Verum  
quanto tibi parentes fuerint clariores: hoc bonum ex nobilitate co-  
sequeris. quod tanto te tanquam degenerantem turpiorem reddit priorum  
atque laudabilius carentia meritoque. Hec est profecto sententia quam  
et illa nobilis consolatrix boetii protulit in hec verba. Jaz inquit quod  
sit inane quod futile nobilitatis nomen. quis non videat que ad clari-  
tudinem refertur. Aliena est. videtur namque esse nobilitas quedam  
de meritis proueniens laus parentum. Quid si claritudinem predi-  
catio facit. Illi sunt clari qui predicantur: necesse est quare splendi-  
dum te si tuam non habes aliena claritudo non efficit. Quod si quid  
est in nobilitate bonorum. id esse arbitror solum. ut imposita necessi-  
tudo videatur. ne a maiorum virtute degenerent. Hec illa. Cui in hoc  
ultimo puncto concordat insignis pater jeronimus. Nichil inquit  
aliud video in nobilitate appetendum: nisi quod nobiles quadam nec-  
essitate constringantur. ne ab antiquorum probitate degenerent.

#### CVII. CONSIDERATIO.

**S**eptima puella sic ait. O amice cur de nobilitatis carentia que-  
reris. Nempe qualicumque parentum filius dicaris. non poteris  
esse ignobilis nisi sola opinione: sed nobilis es in veritate. si tamen  
non per vitia degeneraueris. Ecce enim quod dulcissimum est auditu. no-  
bilis illa boetiana consolatrix sic musice modulata est. Omne homi-  
num genus in terris: simili surgit ab ortu. Vnus enim rerum pater est. unus  
cuncta ministrat. Ille dedit phoebo radios: dedit et cornua lune.  
Ille hominem etiam terris dedit. et sidera celo. Hic clausit membris  
animos. celsa sede petitos. Mortales igitur cunctos edit nobile ger-  
men. quod genus et proavos strepitis. Si primordia vestra ducto-  
rumque deus spectes. nullus degener extat. Ni vitia peiora fouens.  
propriam deserat ordinem. Hec illa. Sane hoc ita potest intelligi  
quidquid ad substantiam honoris attinet. hoc omnes homines imme-  
diate a deo habent. Animam namque quis creat nisi solus deus. Sup-  
posita etiam prima materia quis creauit eam. deus solus et non ho-  
mo. Equidem hominis operandi principia que accidentia esse no-  
scuntur ad substantiam humani corporis non attingunt. Nichil enim ul-  
tra suam speciem agere apud philosophantes communiter est concessum.  
Rursum et illa numero accidentia que reperiuntur in homine. que  
non modo tamen in fieri hominem disponunt. sed inesse. A carnali pa-  
tre qui forsitan mortuus est vel distans tanquam a causa essentiali pe-  
nitus non dependent. oportet namque tam producentis quam conseruans  
non ita distare loco. vel tempore ab eo quod producit vel conseruat. sed occurrit

omnino causa essentialis necessario cum effectu. Quid igitur in hominibus permanens reperies: quod non eque immediate omnes homines habeant ab omni creatore. **B**n igitur dicitur est. mortales cunctos edit nobile germen. Omne hominum genus in terris simili surgit ab ortu. Nullus degener extat. **ic.** sicut patet. **¶ VIII. CONSIDERATIO.**

**O**ctava puella sic ait. O amice si salutem tuam prouide diligeres: ignobilitatem generis potius quam nobilitatem eligeres. Vis scire quare? Ecce nobilitas generis virum cui facultas utcumque suppetit multum ardet ad armatam militiam exercendam. que quidem militia unum est inter quedam negocia de quibus specialiter scribitur. quod vix unquam possunt exerceri sine peccato. quod iuxta tradita supra per neptem meam quo ad ipsam militiam homini intelligo de peccato mortali. Nam vix unquam potest quis eam exercere sine graui periculo corporis et anime. presertim in bellis et guerrarum. batellis. hastiludijs. atque torneamentis. in quibus sepius contingit occidi et occidere. et miserabiliter interire. non habito spacio penitentie. O infelix nobilitas que homini accidentia secum portat. Econtra felix ignobilitas que ab istis supportat. que non sinit hominem ambulare in mirabilibus super se. quod et spiritum viri humiliat. per quod ipsum ad futuram exaltationem habilitat. **¶ Capitulum sextum continens consolaciones persone nobilis et diuitis super aliquorum de sua parentela humilitate seu ignobilitate.**

**E**xto post premissa ad prefatam diuinam consolatricem accessit et alius tristis de materia premissi capituli querendo cui illa per consolationem impendenda de suis puellis duas adiunxit. **¶ I. CONSIDERATIO.**

**P**rima puella sic ait. O homo si de tua parentela humiles quosdam habes et ignobiles et inde turbaris. cur est hoc. nisi quia inde verecundaris. quod plane tue superbie attestatur. Proinde nimis tu de ipsis ut de illis qui magis humiles presumuntur haberes potius gloriari. et ipsi de te vano et superbo tanquam de vitioso possent erubescere non indigne. Glorieris igitur de ipsis ut de exaltandis: ipsi vero de te erubescere possent et tu magis ut de humiliando. Regula enim hec seu diuina sententia irreuocabiliter stabit qua dicitur. qui se exaltat humiliabitur. et qui se humiliat exaltabitur. consulo itaque ut pares tibi illos extimes. et si non maiores. **M**uta iudicium ut te extimes viliozem. inferiorzem. vel huiusmodi interiorzem hominem. et nunquit non ita verum extimares. **C**erte sic. si non mundi iudicio. tam celi. put in extremo et vniuersali iudicio claretur.

**¶ II. CONSIDERATIO.**

**S**ecunda puella sic ait. Nonne vides karissime quod magis lapis qui claritate carens. foris nobilitatem non ostendit. eligibilior est vitro rubeo. quod videtur lapis esse preciosus. quem propter exteriorem dispositum rubinum facile iudicares. **C**erte eligibilior esset. quid ergo tibi de exteriori nobilitate generis. et cur de ignobilitate

exteriori aliquorū tue penetele erubescis. Sūt em̄ illi forte magne-  
tes. i. magni coraz dño rustico sub colore. faciente hoc iporū humi-  
litate. quorū interioris eorū nobilitatis claritas qñ nobiles mudi ob-  
scurabur. et i exteriores tenebras mittēt euidētū fitaliter appebit  
**C**apitulum septimum continens consolationes puelle super nobilif  
viri carencia. siue iam sit maritata. siue virgo claustralis. vel alias  
nunq̄ maritanda.

**P**rimo post premissa ad dñam consolationez antedictā  
accesserūt puelle quedā tristes sup nobilis viri caren-  
tia querētes consolationi. q̄ cū due fuerint. decreuit dicta  
dñā duas eisde de suis puellis assignare p consolatione  
eis impendenda. **C. I. CONSIDERATIO.**

**P**rima puella nō loquens monialib⁹ s; matrimonialib⁹ sic ait  
Tu filia maritanda. vñ iam etiaz maritata. cur de nobilis mari-  
ti carētia pturbaris. Si nō stulta esses. min⁹ nobiles p̄ligeres. Il-  
le qui nobilioz forsitan tanq̄ nō parem sibi te contemneret. min⁹ autē  
nobilis in multa reuerentia te haberet. ille qui nobilioz. vñ cū ali-  
is mulierib⁹. vñ in mundi vanitatib⁹. vñ p guerras tua et sua bona  
consumeret. et ad erubescendam paupertatem seu inopiam te et se de-  
duceret. qui vero min⁹ nobilis tibi thesaurifaret. et nihilomi⁹ lau-  
ram mensam tecū haberet. Ille qui nobilioz forsitan ob picula mili-  
taria qñqz vel mortu⁹. vñ cruent⁹. vñ membro diminutus. naso. vel  
oculo orbat⁹ ad te rediret. Qui vero min⁹ nobilis. sano corpe. leti-  
toqz vultu te respiceret. ac tibi amareret. Deniqz ille qui nobilioz  
per frequentem absentiam te turbaret. ille qui min⁹ nobilis. vñ for-  
san ignobilis te p suam pñciaz delectaret. et consolationes plurimas  
exhiberet. Nec moueat te qd̄ aliter esse possibile foret. nam saltem  
ea que dicta sunt. sunt omniter accidentia. vñ multum p̄babili-  
ter expectanda. **C. II. CONSIDERATIO.**

**S**ecunda puella ad virginem claustrale loquens sic ait. Tu vir-  
go claustralis xpo dei filio desponsata. si de marito quantum-  
libet additionū excellentiū fueris temptata. temptationez h̄mōi ar-  
te quadam et exemplo supare poteris. si tamen sponsi tui p̄cellenti-  
ores additiones et dignitatem ab ip̄o habitam et habendam bene  
attenderis. Ecce quid accidit. Eertur quidē q̄ dux austrie scribens  
regi francie in descriptione p̄sone sue. et stat⁹ posuit in litera t̄ptu-  
lum longissimum ex multis p̄ualib⁹ titulis d̄positum. Sic videlicet  
Lupold⁹ dux austrie. Marchio stirie. dñs port⁹ nauis. Lantgravi-  
us alsacie. Comes d̄ habespurg zc. h̄mōi. quo audito titulo rex frā-  
cie admirans. et deridens dixit suo notario. vt ducis titulu⁹ itez  
legeret p singula puncta et distincte. Qñ ergo legit dux austrie. di-  
xit rex. et ego rex frācie. qñ legit marchio stirie dixit rex. et ego rex  
frācie. et eodē mō dixit ad singulos titulos. q̄i diceret. pl⁹ est esse  
regē frācie. cui⁹ soli⁹ tituli exp̄sioe solem⁹ nos describere. q̄ om̄s

predictos titulos habere. ¶ Consimili ergo modo dicat virgo christo de sponsata si per magno dicat et talis mulier per suum maritum habet quod est magna baronissa. dicat per maiorem dignitate et ego per christum meum sponsus sum celestis regina. Si per magno dicat sibi talis est per maritum magna ducissa. dicat iterum ipsa. et ego per christum celestis regina. Si dicat sibi talis per maritum est regina francie vel anglie. dicat ipsa. et ego per christum sum regina celi. seu celestis regina. Si dicat ei talis mulier per maritum facta est impatrix. dicat ipsa. et ego non modo terrena impatrix. sed per christum sponsum meum celestis sum regina. Cur autem sic veraciter dicere possit. Profecto idcirco. quod eodem in regno ubi sponsus est rex. ibi sponsa ab ipso denominanda dicenda est regina. Si itaque ihesus sponsum virginum rex est celi. sequitur quod virgo claustralis sponsa christi. est regina celi. seu celestis regina.

¶ **Explicit sextus liber de consolacione theologie. Incipit liber septimus continens consolacionum remedia optuna contra turbacionem que opponuntur diuitijs. et rerum facultati. Capitulum primum continens consolaciones super non assecutione. seu carentia diuitiarum. seu rerum temporalium.**

**S**extimo principaliter decem tristibus sepe dicte domine consolatrici principali appropinquantibus et ei astantibus. vnde ex eis alios ceteros de diuitiarum seu rerum temporalium carentia est aduersus. Et illa eidem principio per consolacionem sibi impendenda sedecim de suis puellis deputauit.

#### ¶ I. CONSIDERATIO.

**P**rima puella ad tristem predictum sic ait. Est mihi valde diuitiarum ex carentia quoscumque christianos contristari. Inde quidem ut reorum tristitiam non haberent si ipsi scirent quanta diuitie mala operari consueverunt. Vide amice si verum dico. Ecce diuitie desiderate mentis insaniam indicant. Diuitie quoque christi discipulatu derogant. Diuitie suos amatores inquinant. Diuitie tremorem causant. Diuitie onerant. vinculant anxietatibus. et tedijs inquietant. hec mala ad presens sufficiant. Vis itaque scire karissime quod diuitie desiderate. presertim in christiano mentis insaniam indicant. Audi patrem clareuallis. Querat inquit diuitias paganus qui sine deo viuunt. querat iudeus qui terrenas promissiones accepit. Sed qua mente christianus diuitias querit. postquam christus beatos esse pauperes predicauit. Hec ille pater. qui dicens qua mente videtur innuere quod non nisi mente stulta vel insana. Vis insuper scire quod diuitie possessae saltem absque promptitudine eas relinquendi propter deum. discipulatu christi derogant. Audi etiam ipsius christi euangelicam sententiam. Omnis inquit qui non renunciauerit omnibus que possidet: